

tur, Agaricus radula comminatur, Helleborus, Jappa & Aromata crassiuscule terantur, affusisque

Spiritus Vini optimi, unciis sexdecim, blando calore in vase clauso per quatrimum macerentur; tum facta colatura & expressione valida, solvantur in eadem Scammonium & Aloe, nitida & prius optime selecta. Peracta solutione, indatur liquor Alembico vitreo, & distilletur Balneo maris, donec remaneat materia densa instar mellis, quæ tandem vase aperto, Balneo maris ad Extracti spissitudinem vaporet.

PILULÆ ALTERANTES.

Pilulæ de cynoglossò.

Rx. Corticis Radicum Cynoglossi }
 siccatarum, } ana
 Seminum Hyoscyami albi, } semi unciam.
 Laudani, }
 Myrrhæ optimæ, drachmas sex.
 Thuris masculi, drachmas quinque.
 Crocì, } ana drachmam
 Castorei, } unam & semis.
 Cum Syrupò e succo Cynoglossi fiat massa secundum artem.

Pilulæ de styrace.

Rx. Styracis calamitæ, }
 Olibani, }
 Myrrhæ, } ana semi unciam.
 Succi Glycyrrhizæ inspissati, }
 Laudani, }
 Crocì, drachmam unam.

G 3

102 CODEx MEDICAMENTARIUS

Cum Syrupo de Papavere albo fiat massa pilularis secundum artem.

Pilulæ Matthæi, *alias* Starkii.

Rx. Laudani,
Glycyrrhizæ tenuissime
pulveratæ, } ana uncias duas.
Hellebori Nigri,
Albi, }
Saponis Tartarei, uncias sex.

Misce exactissime addendo Olei Terebinthinæ, quantum satis, ut fiat massa Pilularum, quæ toties humectetur oleo Terebinthinæ, quoties siccior evaserit.

Pilulæ saponaceæ.

Rx. Saponis albi, uncias quatuor.
Liquiritiæ pulveratæ vel Farinæ seminis Linirecentis, semi unciam.
Misce; fiat ex arte massa pilularis.

Pilulæ balsamicæ Mortonii.

Rx. Pulveris Millepedum præparatorum, drachmas sex.

Gummi Ammoniaci electi, drachmas tres.
Florum Benzoini, drachmas duas.

Croci, } ana
Balsami Peruviani sicci, } scrupulum unum.
Balsami Sulphuris Anisati, sufficientem quantitatem.

Misce; fiat massa secundum artem.

Pilulæ balsamicæ Stahlîi.

Rx. Gummi Hederae, } ana uncias duas
Juniperi electorum, } & semis.

Extracti Aloes & Myrrhæ, cum aqua præparati,
ana uncias duas.

Absinthii cum vino	}	ana unciam unam & drachmas septem.
parati,		
Cardui benedicti cum		
vino parati,		
Trifolii fibrini,		

Extracti Fumariæ cum vino parati,	}	ana drachmas quinque.
Hellebori nigri cum aqua		
parati,		

Rhei cum aqua parati,

Terebinthinæ Venetæ, unciam unam.

Fiant secundum artem Pilulæ ponderis grani unius.

Pilulæ Beccheri.

Rx. Aloes,	}	ana drachmas tres
Myrrhæ,		
Croci,		
Gummi Hederæ,		
Sandaracæ electorum,		
Florum Sulphuris,	}	ana drachmas tres.
Granorum Kermes,		
Extractorum Absinthii,		
Cardui benedicti,		
Trifolii fibrini,		
Guaiaci,	}	
Rhabarbari,		

Mithridatii,

Cum sufficienti quantitate Elixirii proprietatis fiat
massa Pilularum. E qua formentur Pilulæ grano-
rum duorum vel trium.

Pilulæ hystericæ.

Rx. Gummi Opopanacis, unciam unam.

G 4

Ammoniacy, }
 Galbani, } ana semi unciam.
 Sagapeni, }
 Myrrhæ, }
 Assæ foetidæ, } ana drachmas tres.
 Castorei,
 Olei succini, scrupulum unum.
 Mithridatii, sufficientem quantitatem ad confi-
 ciendam massam pilularem.

Pilulæ de aquilegia.

Rx. Seminum Aquilegiæ, drachmas sex.
 Croci pulverati, drachmam unam.
 Tartari vitriolati tenuissime triti, semi drachmam.
 Conservæ Cynorrhodonis, quantitatem suffi-
 cientem.
 Misce, fiat massa secundum artem.

Pilulæ chalybeatæ.

Rx. Limaturæ ferri, unciam unam.
 Cinnamomi, scrupulos duos.
 Aloes soccotorinæ pulveratæ, drachmam unam.
 Syrupi de Arthemisia, quantitatem sufficientem.
 Misce, fiat massa Pilularum.

Pilulæ astringentes.

Rx. Boli Armenæ, }
 Terræ sigillatæ, } ana drachmas duas.
 Coralli rubri, }
 Catechu, }
 Lapidis Hæmatitæ }
 pulveratorum, } ana drachmam unam.
 Sanguinis Drago- }
 nis pulverati, }
 Radicum Symphyti majoris, drachmas duas.

Tormentillæ, }
 Bistortæ pulve- } ana semi drachmam.
 ratarum, }

Mastiches, scrupulos duos.

Laudani liquidi, semi drachmam.

Syrupi Myrthini compositi, sufficientem quantitatē, ut fiat massa Pilularum.

TROCHISCI.

TROCHISCI PURGANTES.

Trochisci de agarico.

R. Agarici albissimi & levissimi, pulverati ac per setaceum trajecti, uncias duas.

Zingiberis, semi drachmam.

Zingiber maceretur aqua Cinnamomi simplici, & cum ea fiant Trochisci secundum artem, in umbra siccandi.

Trochisci alhandal.

R. Carnis Colocynthidos albæ, a seminibus repurgatæ, uncias quatuor.

Minutissime concisam misce cum mucaginis Gummi Tragacanthi, aqua Rosarum extractæ, quantitate sufficiente; fiat massa exsiccanda. Probe exsiccata in pulverem tenuissimum redige. Huic pulveri de novo adde novam mucaginem Gummi Tragacanthi. Fiat massa in pastillos redigenda & exsiccanda. Tandem pastillos probe exsiccatos, & subtilissime pulveratos, per setaceum trajice, & cum nova mucagine formentur Trochisci rite exsiccandi.

G 5